


Ugonis ex Comitib. Gherardeschi

CATALOGVS SANCTORVM ET BEATORVM TOTIVS ORDINIS Camaldulensis.


In quo etiam Religionis Initium, & viri dignitate, atq; virtutibus Clari describuntur.

AVCTORE R. P. DOMNO THOMA DE MINIS FLORENTINO,

Eiusdem Ordinis, Monaco in Abatia Sanctæ Mariæ Angelorum de Florentia.



FLORENTIAE,
Apud Volcmarum Timan. MDCVI.
Superiorum permissu.



ADMODVM

R. P. DOMNO SEBASTIANO BOCCARDINIO FLORENTINO,

ABBATI SANCTAE MARIAE Angelorum de Florentia; nec non Vicario Generali Ordinis Camaldulensis in Hetruria.





VPIENTI mihi ad laudem Dei, & Gloriam Sanctorum omnium ex meo aliquid sensu, in lucem edere, vnde initium summerem, quo me verterem in mentem nequaquam veniebat. Cum autē memoriæ iam peracta mandarem nihil mihi iocundius, vtiliusq; , ac etiam, ad Charitatem inflāmandam, in Dei amorem, quā sanctorum Beatorūq; c Illustrissimorū nostræ Religionis nomina: recolere existimaui cū præsertim de eorū cognitione, hac nostra tēpestate nihil certi haberemus: ea propter vestigia eorū se-

qui ac meditari exempla, quo facillime possemus, Catalogum depromere istum decreui. Nostrum igitur partum, pater Amantissime; animo libenti accipe tuo, quorum sanctorum si partem, minimam attigerim, non dedignato. Vale ex Monasterio Sanctæ Mariæ Angelorum de Florentia Die xij. Sectembris.
Anno Domini. M D C VI.

Deuotissimus Filius.

D. Thomas de Minis Florentinus



SANCTI, ET BEATI, AC ALII VIRI Illustres Ordinis Camaldulensis.

SANCTI

S. ROMVALDVS Ordinis, & Sacræ Camaldulensis Eremi Institutor, & Fundator. Anno Domini 907. Rauennæ ex illustrissima Ducum progenie ortus, ac Sergij Nobilissimi viri filius. Anno vero 927. in Abbatia Classense habitum sumpsit, vigesimum tunc annum natus, ac tertium post annum Eremum adiens, vitamq; Eremiticam, in Venetiarum secessu duxit sub Marino viro Sancto. Et cir

ca annum 970. Congregatio sua lucere incæpit, & vsque ad annos 1012. Cænobia centum sub nigro habitu contruxerit, in quo anno Factum est (Dei prouidentia) vt ad Campum amabilem Malduli in Appēnino tusco, in agro Arretino, quadam die (cum quinque suis disci ulis, Nempe Petro Dagnino, Benedicto, Gisso, Teuzo, & alio Petro) discesserit, vbi præ lassitudine itineris, cum modicum soporatus quiesceret, raptus est in spiritu viditq; Monachos per gradus scalæ à terra in Cælum in vestibus albis ascendere. Quibus coniunctus, oraculum Diuinum susce pit, vt ibi loci albo habitu, Eremum discipulis construeret; & Factum est ita. Quibus peractis, anno vitæ suæ cente simo vigesimo; Nempe Vigesimo peracto anno, in seculo, tertio vero in Classense Monasterio, & nonagesimo, septimo in Eremitico proposito transactis. Eius sanctissimum Corpus in Ecclesia sācti Blasi de Fabriano, summa omnium veneratione asseruatur. A Clemente Papa otta uo in Calendario adscriptus. Festum ipsius Die septima Februarij solemniter agitur, quādo eius sanctissimum corpus translatum fuit. Migrauit autem, ex hac vita die decima nona Iunij anno Domini 1027. in Monasterio vallis castri in Picænum Cuius vita à B. Petro Damiano S. R. E. Cardinali luculenter descripta, & dum viueret, & post mortem miraculis Clarus. Scripsit præterea.

Expositionem ferè diuinam in omnes psalmos Dauidicos cuius pars à psalmo Primo ad Nonagesimum apud Patres Eremitas Camaldulenses pro reliquiario asseruatur, reliqua temporis iniquitas absūpsit, & expositionē in nonnulla Prophetarum Cantica quænam, extent, nescio.

Boni-

S. Bonifacius Martir, & discipulus sancti Romualdi & Primus Archiepisc. Bosnensis, Martyrio coronatus, in Russia, anno Millesimo die vero xix. Iulij. Vt Petrus Damianus in Vita sancti Romualdi cap. xxvij.

S. Athanasius, &

S. Laurentius martyres floruerunt circa annum millesimum. vt Martinus Polonus Iaroslauiensis. In Vitis sanctorum Prouinciæ Regni Poloniæ, quem vidi Romæ sic ait, eodem tempore duo Eremitæ primi martyres Poloni, Athanasius, & Laurentius Ordinis sancti Romualdi Confessoris.

S. Ioannes discipulus Sancti Romualdi

S. Benedictus discipulus sancti Romualdi

S. Mattheus discipulus ss. Ioannis, & Benedicti.

S. Isaac discipulus ss. Ioannis & Benedicti.

S. Christinus discipulus ss. Ioannis, & Benedicti: Vnà martyrio coronati anno Domini 1005. die vero xij. Nouembris. Quorum Corpora anno 1038. à Bohemis ablata fuerunt (præter Christini corpus, quod olumuscensibus concesserunt é Gnensna translatū Casimiriam in Maiori Polonia, vt in Historia Polonica Martini Cromeri lib. 4. Ego autem eorum vitam excudere á Volimano Timan Germano Feci. Florentiæ anno Domini 1605.

S. Barnabas Confessor discipulus ss. Ioannis, & Benedicti migrauit à sæculo anno Domini 1007. die x. Maij & sepultus est in Casimiria vnà cum ss. Ioanne, & Benedicto, in eodem sepulcro, vt in eius vita, quam imprimere feci Florētiæ, apud volimantiman anno Domini. 1605

S. Andreas Zoerardus Confessor, discipulus, s. Barnabæ

hæ; Sanctitate plenus obijt anno 1009. die xvi. Iulij, &

S. Benedictus martyr. discipulus S. Andreæ Zoerardi martyrio coronatus, anno Domini 1011. die 6. Maij. Quorum Corpora ss. Andreæ, & Benedicti sunt in Hungaria in Basilica sancti Emmerammi martyris, in eodem sepulchro. Res eorum gestas descripsit sanctus Maurus Episcopus. Quinq; Ecclesiensis; quas refert Surius tomo 3 de sanctis. Ego autem Eorum vitam à volimano timan imprimere mandaui Florenziæ anno 1605.

S. Theobaldus Abbas, obijt anno Domini 1050. die prima Iulij & sepultus est in sua Abbatia sanctæ Mariæ de Vanghadicia, in oppido Abatiæ Pollicinij, diæcesis Adriēsis, vt Dominus Augustinus in Historia Camaldulensis par. 2. lib. 4. cap. 6.

S. Iannes Gualbertus Florentinus, discipulus S. Romualdi, & institutor Ordinis Vallis Vmbrosæ. obijt anno Domini 1073. die vero xij. Iulij, & sepultus est in Monasterio Passiniani iuxta Florentiam.

S. Rodulfus confessor Quartus Prior perpetuus sacræ Eremi, Creatus anno 1082. præfuit annis xxiij. Hic cō suetudines Eremiticæ vitæ literis non minus disertè quam sanctè demandauit. obijt anno 1106. die xij. Ottobris, & sepultus est in Eremo Camaldulensi. & Canonizatus permissu Pontificis Romani, à Gregorio Episcopo Arretino, & ipsemet Episcopus per totam Diæcesim instituit, ac mādauit festum istud venerari. teste D. Arnoldo in lib. 1. par. 1. ligni vitæ cap. 19. Prioris perpetui sacræ Eremi tantum, & Dominus Augustinus in Hist. Camald. par. 1. lib. 1. cap. 65. 66. & 67.

Pa-

S. Parisius Confessor. Fuit Natione Bononiensis obijt anno 1262. die xi. Iulij ætatis suæ 116. postquam præfuisset. Monasterio Monialium Sanctæ Christinæ Taruisij annis 77. vbi sepultus est, vt Domnus Augustinus in Hist. Camald. par. 1. lib. 2. cap. 20.

B E A T I.

B.  VIDO Comes Ferolfi Comitis Montis Martis Filius discipulus Sancti Romualdi, ad cuius sepulchrum Cæcus quidam visum recæpit. Floruit circa annum 995. vt S. Petrus Damianus in vita Sancti Romualdi cap. 38.

B. Petrus Vrseleus Dux Venetum, discipulus sancti Romualdi, per cuius manus Monachus factus in Monasterio Sancti Michaelis Ghisani in Aquitania: vir fuit probitate clarus cum Rempublicam Venetam, summa cũ laude annis duobus, & diebus viginti administrasset Ecclesiam Sancti Marci, & quod ei proximum est Hospitium, pauperibus suscipiendis construxisset amore Diuino, & Sanctorum Romualdi, & Guarini Abbatum persuasionibus inflammatus, vxore, & liberis, ac Ducatu relictis ipsis, kalendis Septembris anno 978. clàm noctu, in Aquitaniam in prædictum Cænobium peruenit vbi religione, ac sanctitate florens, Miraculisque ante, & post mortẽ corruscans. obijt die 11. Ianuarij anno 997. Mo-

nachatus sui an. xviiij. Vt Domnus Augustinus in Hist. Camald. par. 2. lib. 1. cap. 8. & vt etiam in Palatio Sanct Marci Venetiarum cernitur cum hoc distichon.

Ecclesiam Sancti Marci Prior edificauit
Deinde, & Monachus factus miracula plurima egit.

B. Ioannes Gradenicus, discipulus Sancti Romualdi, & per eius manus habitum accepit vnà cum B. Petro Vrsuleo Duce Venetum. Vt Dominus Augustinus in par. 2. lib. 1. cap. 8. Hist. Camald.

B. Sergius Pater Sancti Romualdi. Floruit circa ānum 1010. *& sepultus in Sancti Seueri iuxta Rauennā. Vt Petrus Damianus in vita Sancti Romualdi, & Dominus Augustinus in Hist. Camald. par. 2. lib. 1. cap. 9.*

B. Marinus magister sancti Romualdi. Martyrio coronatus à Saracenis in Apulia circa annum 1010. *Vt Petrus Damianus in vita sancti Romualdi.*

B. Berardus discipulus sancti Romualdi, &

B. Gaudentius discipulus sancti Romualdi. Floruerunt circa annnm 1015. *& sepulti sunt in monasterio sancti Vincentij. Vide Petrum Damianum, in vita sancti Romualdi cap.* 57.

B. Azo discipulus sancti Romualdi, per quem istituta est Abbatia Fesularum. obijt circa annum 1026. *vt Domnus Augustinus in Hist. Camald. par. 2. lib. 1. cap. 22.*

B. Bonus Pisanus, fundator Cænobij sancti Michaelis Pisarum. obijt anno 1070. *sepultus est in prædicto monasterio*

nasterio. Vt Dominus Augustus lib. 2. cap. 9. par. 2. Hist Camald.

B. Petrus Dagninus discipulus sancti Romualdi, & Primus Prior Sacræ Eremi à sancto Patre Romualdo constitutus anno Domini 1016. præfuit annis xxxv. obijt anno 1051. die 2. Nouembris.

B. Benedictus

B. Gissus

B. Petrus, &

B. Teuzus, hi quinque discipuli Magistrum S. Romualdum comitati de alijs prouincijs in Campo amabili, idest in sacra Eremo Camaldulensi quinque Cellas contruxere, & initia ibidem nostræ Religionis posuerunt, & sanctæ vitæ quod vixerunt, indefessè confirmarunt. Quorum omnium actiones, & facta, quod in solitudine vitam duxere ad nos nisi obscurè peruenerunt, sed apud superos, eorum memoria semper viget cum santissimi viri discipuli sanctè, semper vixerunt, pro vt latius videre est. In Relatione sancti Rodulphi. vt Lucas Hyspanus testatur in Historia Romualdina lib. 1. cap. 9. & Dominus Ioannes de Castagnizza in vita sancti Romualdi cap. 27 excusa Venetijs anno 1605.

B. Albizus Prior secundus sacræ Eremi Camaldulensis, creatus anno 1051. præfuit annis xi. obijt an. 1062. vt Dominus Ioannes de Castagnizza in vita sancti Romualdi cap. 27.

B. Petrus Damianus S. R. E. Cardinalis, & Episcopus Ostiensis; creatus anno 1058. fuit vir omnium sui temporis

doctissimus scripsit multa opera, obijtque Fauentiæ in cœnobio Sanctæ Mariæ, an. domini 1080. die vero xxiij. Februarij. Discrete lector admiratione ne decipiaris, quod S. Petrus Damianus ab antiquis scriptoribus, in camal. numero non aggregetur, cum tempore ipsius non dum sacra Eremus camaldulensis floreret, illum enim prælationis officio, in monasterijs nostris functũ esse clarè patet; id à neotericis aliquibus scriptoribus apertè mostratur, & specialiter in hanc sentẽtiã Pater Morigia deuenit velut etiam Pius Papa V. pro certo, S. Petrum Damianum monachũ camaldulensẽ exstitisse affirmabat, & hæc omnia per R. P. D. Siluanum Abbatem de Razzis in Vitis Sanctorũ eiusdem Ordinis, atque vitæ ipsius Petri Damiani describuntur.

B. Rusticus Prior terzius sacræ Eremi Camald. creatus anno 1062. præfuit annis xx. obijt anno 1082. vt Dominus Ioannes de Castagnizza in vita sancti Romualdi excusa Venetijs anno 1605. cap. 27.

B. Gualfardus, vel Gualprandus. obijt anno 1127. Die vero 30. Aprilis, & in Ecclesia sancti Saluatoris Veronæ sepultus est. Ut Domnus Augustinus in Histor. Camald. par. 1. lib. 3. cap. 16.

B. Guido Primus Generalis perpetuus totius Ordinis; creatus est à Paschali Papa Secundo anno 1114. præfuit anno vno, & abdicauit. obijt vero anno 1128. vt Domnus Augustinus in Hist. Camal. par. 1. lib. 2. cap. 4

B. Albertus de Albertis Senensi, floruit anno 1173. uius festum in territorio Senensi solemnipter agitur Die

vij.

vij. Ianuarij. Domnus Augustinus in Hist. Camaldul. par. 1. lib. 2. cap. 14.

B. Dominicus Vernagallus Pisanus; cuius corpus honorificè reconditum cernitur in Cænobio sancti Michaelis Pisarum; obijt anno 1219. vt Domnus Augustinus in Hist. Camald. par. 1. lib. 2. cap. xi.

B. Bartolomeus Pisanus cuius corpus videtur integrum. in Ecclesia sancti Fridiani. Floruit circa annum 1220. vt Domnus Augustinus in Hist. camald. par. 1. lib. 2, cap. xi.

B. Gregorius Papa VIIII. obijt Romæ anno 1241. die xi. Augusti vide in summis Pontificibus.

B. Leonardus Eremita; obijt circa annum 1250. vt Domnus Augustinus in Hist. camald. par. 1. lib. 2. cap. 33. & sepultus in sacra Eremo camald. ad cuius arcam leguntur huiusmodi Versus.

B. Leonardi Eremitæ reclusi: ossa hic sita sunt:
Cuius anima, post longam carnis macerationem
Visa est in sphera ignea Cæli secreta penetrare; Atq;
Eremi campana absq; mortaliũ ope pulsari audita est;
Hic quoque prophetico spiritu, Reuerendissimum
Vgolinum Cardinalem, in hac tunc Cella reclusum
Futurum Papam prædixit. Quod ita factum est,
Et Gregorius Papa Nonus Nnucupatus.

B. Martinus Tertius, Generalis xij. totius Ordinis. creatus anno 1248. præfuit annis xi. Qui fecit consuetudines,

& co-

& costitutiones ordinis anno 1253. obijt anno 1259. die xiij. Setembris, & sepultus in Monasterio sancti Saluatoris de Florentia. Vt Dominus Augustinus in Hist. Camald. par. 1. cap. 39.

B. Compagnus Patauinus cuius corpus videtur, integrũ, in Ecclesia sanctimonialium sanctæ Mariæ de Porcilia apud Patauium. obijt anno 1264. die octaua octobris cuius corpus circa annum 1509. translatũ in Monasterio Sancti Benedicti Patauij cum hoc epitaphio, vt Dominus Augustinus, par. 1. lib: 4. cap. XI. Hist. Camald.

Hic in capsa iacet ossa, vel corpus domini Compagni Primi Prioris Sãctæ Mariæ de Porcilia: qui obijt an. 1264. Celebratur eius Natalis die octaua octobris.

B. Antonius peregrinus obijt an. 1267. die xxx. Ianuarij, & sepultus est in Ecclesia Sãctæ Mariæ de Porcilia vbi in Sepulchro, hoc legitur Epitaphium. Vt dominus Augustinus in Hist. Camald. par. 1. lib. 2. cap. xi.

Hic iacet corpus B. Antonij Peregrini Patauini Ex Manziorum familia Nati; qui omnia loca sãcta Visitauit, & defunctus est an. 1267. tertia kal. febr.

B. Peregrinus Eremita sacræ Eremi Camaldulensis. obijt anno 1288. die iij. Iunij. in cuius transitu Angeli laudes deo canere dum Beatam animam reciperent auditi sunt. Sepultus est in Eremo camaldulensi, ad cuius arcam

leguntur

leguntur huiusmodi carmina, Gabrielis eius temporis Monachi. Ut domnus Augustinus in Hist. camald. par. 1. lib. 2. cap. 50.

Qui superas Eremi perduras ò homo cautes
Huius, & ascendis deuotus, vota daturus
Hic tu siste gradum, precibus de more peractis;
Erectisque oculis pendenteis cerne locellos,
Quis Eremita pius Peregrinus iure Beatus
Conditor, & vitæ merito sibi quippe dicato
Ecce loco hoc templi clauduntur membra sacrata
Si tamen, & vitam cupis, & cognoscere mores
Ipsiusque obitus cœlesti carmine ductos
Hoc tibi suppositæ referent pia verba tabellæ.

B. Iacobus de Certaldo: migrauit in Monasterio ss. Iusti, & Clementis iuxta Volaterrarum Ciuitatem. Vbi Miraculorum gloria claret anno domini 1292 die vero xiij. Aprilis cuius vita à Raphaello Maphæo Volaterrano viro docto, & pio descripta. Vt domnus Augustinus in Hist. camald. par 2. lib. 2. cap. 6.

B. Simon Eremita sacræ Eremi obijt anno 1292. die xvij. Setembris & sepultus in sacra Eremo, Vt dominus Augustinus in Hist. camald. par. 1. lib. 2 c. 50

B, Ioannes, &

B, Gherardus fundatores Eremi S. Matthiæ Muriani. Floruerũt circa ann 1250. & sepulti sunt in predicto mo-

cto Monasterio, ut domnus Augustinus in Histor. camald. par. 1. lib. 2. cap. 50.

B. Thomas de costacciaria obijt an. 1337. die vero xxv. Martij, & sanctitate plenus sepultus est in Monasterio sancti Fracisci de costacciaria cuius vita à domno Augustino Fortunio Florentino descripta ut in vitis Sanctorum ordinis camaldulensis.

IN CVIVS LAVDE, CANITVR
hæc Himnus

PAnge solennis celebrisq; laudes
Vmbriæ claræ generosa tellus,
Quæ pium Thomam monachum edidisti
Constacciara
Moribus rectus, probitate purus
Qui Deum quærens, & opes perosus
Seculi, creuit Romualdi alumnus
Cælitus actus
In specum montis Chuchij ac recessit
(Flaminis diui vocitans Eremum
Dalmatæ) in syluis Domino polorum
Mox famulando
Rupibus ruptis procul unde ab altis
Agmen in præceps veniens aquarum
Vallium gignit fluuios sonoro
Murmure notos.

Corpus

Corpus huc Thomas grauibus flagellis.
Ac cibi, & potus charitate pressit,
Cognitus nulli, ex humili sublimis.
Surgere flagrans.
Huc bibit nectar speculationis.
Poma cui pactus, vel agrestis herba;
Frigidi potus latices: cubile
Scrupea saxa
Solus huc magno domuit rigore
Impetus acreis viridis Iuuentæ,
Dæmonem laudens, nihili atque pendens
Quæ gerit Arma
Huc Deo solus studio vacauit
Integro: huc fugit Phlegethontis vndas;
Huc Dei offensi meritis precatu
Tela remouit.
At diu fax non valuit latere
Patriæ Ciues, populosque circum
Concito gressu qui adeunt ad ipsum
Sæpe frequentes.
Hauriunt verbum sophiæ supernæ;
Discit, ac quisque scelere esse purus;
In suis sanctis relegunt que Christum
Pandere mira
Sed magis, quando gelidis relictis
Artibus, sanctus Pater ipse Thomas
Mortuus terræ, reuolauit altã ad
Lumina vitæ

Ad ſpecum namque glomerantur omnes,
Corpus ac pſalmis ſociant, & hymnis;
Aede componunt media; Ara votis
Structaque fulget

Cuius ad ſacros loculos ſubinde
Languidi multi referunt ſalutem;
Mira quæ Chriſtus nouat, vt beata
Præmia conſtent

Præſtet hæc, ſimplex triplici reflexu
Quem Beatorum celebrant Cateruæ,
Laudibus Sanctus Sabaot canentes
Voce perenni.

B. Iacobus Gerius Florentinus obijt anno 1343. die V. Auguſti; & ſepultus eſt in Monaſterio Sanctæ Mariæ Angelorum de Florentia cuius Animã B. Silueſter, & B. Paula ac alij pij homines viderũt ad Cælos per Angelorũ manus defferri. Res eius geſtas deſcripſit dominus Zenobius de tantinis Florentinus vt domnus Auguſtinus teſtatur in vitis Beatorum Silueſtri, ac Paulæ excuſæ Florentiæ anno 1595, ac etiam in vitis Sanctorum Ordinis camaldolenſis.

B. Sylueſter Florentinus obijt anno 1348, die viiij. Iulij, & ſepultus in Monaſterio Sanctæ Mariæ Angelorũ de Florẽtia; cuius Vita a Domino Zenobio Florẽtino deſcripta vt ſupra. Corpora vero Beatorum Iacobi, Sylueſtri, ac Paulæ ſunt in eodem Sepulchro, in prædicto Monaſterio. Vbi legitur hoc Epitaphium.

Sylueſtri

Syluestri, hic sunt conuersi; Monachiq; Iacobi
Virginis, ac Paulæ ossa Beata, cole

B. Daniel Germanus, obijt anno 1411. *die ... sepultus est in Monasterio S. Matthiæ de Muriani. Vt Domnus Augustinus in Hist. camald. par. 2. lib. 3. cap. x.*

Ven. Ambrosius Generalis xxxv. supra cuius sepulchrum candida lilia nata sunt. obijt anno 1439. *die xx. Nouembris, & sepultus in Eremo camaldulensi. Fuit vir omnium sui temporis doctissimus, & in lingua Græca alter quodammodo Homerus, scripsit multa opera inter quæ sunt.*

De Sacramentis lib. 1.
Epistolarum lib. 1.
De Spiritu Sancto lib. 1.
Orationum lib. 1.
Transtulit de græco in latinum Dionysium Areopagitam, elegantiori, & faciliori stylo.
Vitam Sancti Ioannis Chrysostomi
Basilium de Virginitate
Diogenem Laertium de vita Philosophorum
Chrisostomum ad stagyrium monachum
Ephem syri sermones aliquos
Ioannem Climacum
Opuscula S. Athanasij, & Ioannis Calaci, ac Sancti Basilij.
Vitam S. Gregorij Nazianzeni, & orationes eiusdē

Philostratum, Plutarchum, & Nicandrum, & multa alia, vt Domnus Augustinus in Hist. camaldolense.

B. Hieronymus Pragensis I.V.P. & Theologus. Accepta facultate concionandi cum Episcopali potestate. Lituanos ad fidem reduxit. obijt Venetijs anno 1440. die . . Vt Eneas Syluius, qui postea Papa Pius secundus in Hist. Polonicha tom.1.c.1. & Domnus Augustinus in Hist. camald. par.1. lib.2. cap.67. scripsit multa opera inter quæ sunt.

Sermones Dominicales	*lib. 1.*
Sermones de Sanctis	*lib. 1.*
Sermones Quadragesimales	*lib. 1*
Sermonem de Sancto Romualdo	
Orationum in Concilijs	*lib. 1.*
Contra hæreticos	*lib. 1.*
Contra errores Græcorum	*lib. 1.*
De Corpore Domini	*lib. 1*

Hęc omnia asseruantur manu scripta in sacra Eremo Camaldulensi, vt Domnus Augustinus in Hist. Camald. par. 1. lib. 2. cap. 67.

B. Petrus de Sardinia. obijt anno 1453. die vero xx. Decembris, & sepultus est in monasterio sancti Michaelis de Muriano, vt Domnus Augustinus in Hist. camald. par. 2. lib. 3. cap 3

B. Angelus de Massaccio Martyr, concionator insignis occisus ab hæreticis anno domini 1458. & sepultus est in Ecclesia suo nomine dicata. Vt Domnus Augustinus in Hist. camald. par. 2. lib. 3. cap. xxx. & Carmen istud in sepulchro ad notissimam Aram sculptum imperiti Artis Metricæ.

Virgo

Virgo sacra filio, patrique corona donata
In Cœlis assistens, sit tibi cura nostri
Gemma monachorum: Arca iacet Angelus ista.

B. Angelus Teutonicus floruit circa annum 1460. & sepultus est in Monasterio Sanctæ Mariæ Angelorum de Florentia, vt Domnus Augustinus in Hist. camald. par. 2. lib. 4. cap. vij.

B. Petrus Teutonicus Eremita, qui vidit animam Pij secundi Pontificis maximi, ad Cœlos per Angelorum manus defferri. obijt anno 1473. die 26. Aprilis, & sepultus est in Eremo camaldulensi, ætatis suæ an. 98. Vt Domnus Augustinus in Hist. camaldol. part. 1. lib. 2. cap. 71.

B. Iacobus Eremita. obijt anno . . . . die vero xv. Aprilis. Vt Domnus Arnoldus, in ligno Vitæ par 2. lib. 3. sub die xv. Aprilis in Martirologio Monasticho.

B. Eusebius Hyspanus. obijt anno 1501. die vero x. Februarij, & in Ecclesia Sancti Michaelis de Muriano sepultus est cum hoc Epitaphio ab Aldo pio Munutio composito. Vt Domnus Augustinus in Hist. camald. par. 2. lib. 4. cap. 24.

Lector parumper siste, rem miram leges,
Hic Eusebij Hyspani monachi Corpus situm est,
Vir vndecunque, qui fuit doctissimus

Ho-

Nostræque vitæ exemplar admirabile
Morbo laborans sexdecim totos dies
Edens, bibens nihil prorsus, & vsque suos monens
Deum adijt. hoc scire volebam, abi, & vale.

B. Michael Florentinus Eremita sacræ Eremi, & Autor Coronæ Domini. obijt anno 1522. die vero xxi. Ianuarij, & sepultus in sacra Eremo. Ut Domnus Augustinus in Histor. Camaldulen. par. 1. lib. 3. cap. 14. 15. 16. 17.

B. Paulus Iustinianus Venetus Eremita sacræ Eremi Camaldulensis, & Fundator Congregationis Montis Coronæ. obijt anno 1528. die 28. Iulij, & sepultus in Ecclesia Sancti Syluestri in monte Sorapto. Vt Domnus Augustinus in Hist. camald. par. 1. lib. 3. cap. 18.

B. Hieronymus Suessanus Eremita Montis Coronæ, qui Cardinalatum recusauit. obijt anno 1556. die . . martij, & sepulust est in Capitulo montis Coronæ. vt Dominus Lucas Hyspanus in Historia Romualdina lib. 4 cap. v.

B. Petrus Fanensis Eremita montis Coronæ, Vt Domnus Lucas Hyspanus in Hist. Romualdina, seu montis Coronæ lib. 4. cap. 3. sic ait. obijt Romæ in Sanctæ Eugeniæ, vbi tunc Patres Cappuccini habitabant. quique de tàm Beato defuncti fine plenum testimonium præbuerunt qui etiam ibidem eius corpus honorifice sepelierunt, anno 1534. mense Augusto die sancti Augustini. nec est, quod dubitemus preciosam fuisse in cospectu dei mortem sācti

huius

huius; qui verè non solum præcepta, sed, & consilia Euangelica adimpleuerat.

B. Rodulphus Veronensis Eremita Montis Coronæ. obijt anno 1579. & sepultus est in Monasterio sancti Saluatoris Montis acuti ætatis suæ an. 90. Vt Domnus Syluanus in vitis Sanctorum Ordinis Camaldulensis.

BEATI QVORVM ANNVS, ET NATALIS Dies ignoratur.

B. Bonus Eremita sacræ Eremi Camaldulensis

B. Carus Eremita Camald.

B. Charimerius Eremita Camald.

B. Cyprianus Eremita camald.

B. Cornelius Calaber Eremita camald.

B. Dominicus Senensis ædificator Cœnobij sancti Vigilij, in quo quiescit.

B. Gregorius Arretinus Eremita camald.

B. Guido Senensis Eremita camald.

B. Guglielmus Eremita camald.

B. Ioannes Ciuitatis Castellensis Eremita camald.

B. Ioannes Baptista Lucensis Eremita camald. cui diuinitus á Sancta Maria Magdalena, dies mortis reuelata est, & sepultus in sacra Eremo camald. Vt Domnus Syluanus, in Vitis Sanctorum camaldulensium.

B. Laurentius de Stia Eremita reclusus in sacra Eremo camald.

B. Mannus

B. Mannus

B. Nicolaus Germanus Eremita camald.

B. Paulus Eremita camald.

B. Petrus Abbas Vangadiciæ vir Doctus, & pius scripsit, inter alia vitam Sancti Theobaldi.

Nomina Beatorum quæ hic superius scripta sunt inueniuntur in ligno vitæ, teste Domino Arnoldo par. 1. lib. 1 cap. 36. etiam inueniuntur aliqui eorum in Catalogo Sanctorum in Breuiario Camaldulense.

SANCTAE MONIALES.

S. LVCIA à Strifonte miraculis Clara, cuius corpus. Quiescit in Monasterio Sanctæ Christinæ de Bononia. Vt Domnus Augustinus in Hist. camald. par. 1. lib. 2. cap. 6.

B. Ioanna à Balneo. obijt circa annum 1105. & sepulta est in Ecclesia Sanctæ Mariæ Balnei. Vt Dominus Augustinus in Hist. camald. par. 1. lib. 2. cap. 6.

B. Gherardescha ex comitibus de Gherardeschis quæ Pisis floruit anno 1260. in monasterio S. . . .

B. Paula Abbatissa sanctæ Margheritæ de Florentia sanctitate plena, obijt anno 1368. die vi. Ianuarij, & sepulta est in monasterio sanctæ Mariæ Angelorum de Florentia. Vbi miraculorum gloria claret; cuius vita à Domno Zenobio Florentino descripta. vt Domnus Augustinus testatur

in vitis

in vitis Beatorum Syluestri, Iacobi, & Paulæ excusa Florentiæ anno domini 1595. ac etiam in Vitis Sanctorum Ordinis Camaldulensis.

V. Elisabetta de Saluiatis Florentina Abbatissa Sancti Ioannis Euangelistæ de Buldrone apud Florentiã. vt Domnus Syluanus in Vitis Sanctorum Camaldulensis.


V. Philippa à Bibiena sanctimonialis, in Monasterio Sancti Ioannis Euangeliste de Buldrone, cuius animam filia Ormanozzi de Detis Florentini vidit ad Cælos per Angelorum manus defferri, vt Domnus Syluanus in vitis Sanctorum Ordinis camaldulensis.

V. Imilia, Olim Guidonis Comitis Vxor, &

V. Sophia Nobilissima Fœmina, Prima Abbatissa S. Ioannis Euangeliste de Prato Veteri, quæ vnà cum Imilia prædictum Monasterium S. Ioannis Euangelistæ ædificarunt. vt Domnus Augustinus in Hist. Camald. par. 1. lib. 2. cap. 9.



CONGREGATIONES AB ORDINE CAMALDVLENSI EXORTAE.





ALLIS Vmbrosæ Ordo à Sancto Ioanne Gualberto discipulo S. P. N. Romualdi incœptus, an. dom. 1040 teste Domino Arnoldo in lib. 1. par. 1 cap. 33. & domino Augustino in Historia Camaldulensi par. 1. li. 1. c. 34. sic ait S. Ioannes Gualbertus vnà cum B. Teuzone ad sacram conuolauit Eremum; vbi vterque se se discipulum sancto Romualdo deuouit: Illic autem cum Ioannes Eremitici obseruantiā rigoris Sub sancti Romualdi discipli

na ali-

na aliquandiu coluisset, nouissimè ab illo (qui à Spiritu Sancto perdoctus vocationem Ioannis non ignorabat) hisce verbis dimittitur, Rumpe moras frater, qui benedictus à Domino, nobilis profectò, magnæque Deo Opt. Max. acceptæ, nouæ Congregationis iam iam fundamenta iacies. Rumpe, inquam, moras, & in nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Beatus faustis, initijs fœlicibusque omnino incremẽtis, in institutum atque vocationem tuam incumbe. Itaque B. Ioannes sanctissimi Patris Romualdi beneditione munitus ex Eremo Camalduli recedens in Vallis Vmbrosæ abditas, obscurasque syluas se se recæpit; Vbi, idoneo ad seruiendum Deo comperto loco, mox Vallis Vmbrosani Ordinis, sub Benedictinorum Monachorum Regula, & habitu, primordia Christo Domino sacrauit. Qui quidem Ordo, vt manifestius, atque præclarius per totum Orbem longè latequè diffunderetur, postea ab Alexãdro II. Papa comprobatus est, primumque Apostolicis priuilegijs insignitus fuit, an. salutis M.LXX.

Montis Olineti Ordo à B. Bernardo Ptolomæo Senensi, anno domini 1319. excitatus est. Vt Domnus Augustinus in Historia Camaldulensi par. 1. lib. 2. cap. 57. sic ait. Porrò Guido Petramala Arretinus Episcopus interea Reginam mundi per visum magna comitante Angelorum caterua cãdidam sibi vestem cum Regula S. P. Benedicti offerre visus fuerat videre, religiosisque viris mox ex Gallia reuersis mandata Patris summi studiosius peragere volens ad Basilicam sanctæ Trinitatis Arretij comitante senatu, ac populo vniuerso procesit, vbi

Camaldulensem habitum illis tradidit. Fuit dies Sanctæ Agnetis Virginis; sicut ex Cronicis eius ordinis proditum est, vbi hæc habentur verba. Venerabilis autem Pontifex Arretinus per manus cuiusdam Religiosi Viri Ioannis Monachi Camaldulensis Abbatiæ de saxo Arretinæ diæcesis, induit præfatos Patres purissimum, & album habitum. Quibus astipulatur, & Bartholemæus Cassenæus in Catal; glor. num: 4. par. Dum inquit, Ordo Montis olieuetarum, siue olieueti principium habuit a monachis Camaldulensibus.

Montis Coronæ Ordo à B. Paulo Iustiniano veneto excitatus est, vt Dominus Arnoldus vuion in ligno vitæ par: 1; lib; 1, cap; xxx. sic ait. Anno circiter Domini 1520, incæpit Congregatio Eremitarum sancti Romualdi, siuæ montis Coronæ, qui in nullo à sacræ Eremi consuetudinibus differunt, nisi quod Pallium, Cuculli loco semper gestent, Excitata autem fuit huiusmodi congregatio á Paulo Iustiniano; quondam Patritio veneto, & Eremita Camaldulensi, qui altiori, & feruentiori desiderio inflãmatus, accumulandi deo Gloriam per sanctæ camaldulensis solitariæ vitæ studium, litteras à sancta Sede Apostolica impetrauit, vt vbicunque terrarum ipsam Camaldulensem Religionem dilatare sibi liceret, sicut ex Diplomate liquet, dato mense Augusto 1520.

Militum Sancti Stephani Papæ Ordo à Cosmo Serenissimo Magno Hethruriæ Duce exordium habuit. anno domini 1561. teste Domno Arnoldo in primo lib. cap. 93. par. 1. ligni vitæ, qui sic ait. Ordo militum S.

Stephani

Stephani Magno Hetruriæ Duce Cosmo, sub Regula Diui P. Benedicti, habitu candido, & cruce rubea, ob victoriā de inimicis suis partā die 2. Augusti Diuo Stephano Papæ sacro à quo nomē Religioni datū, initiū sūpsit. Prima sedes in Insula Iluæ collocata, nunc Pisis habitāt. Ordinem probauit, priuilegiísque auxit Pius Papa 4. Cuius ordinis Magister perpetuus est Dux Hethruriæ pro tempore. Qui quidem magnus Dux, vna die ad monasterium Sanctæ Mariæ Angelorum de Florentia properauit primo Abatem ad vocans, eique locutus est, dicens: Venerande Pater affer michi quæso habitum huius religionis, & statim attulit ei habitum, quem Cucullam vocamus, quam cum eam diligenter inspexisset, cognouit quod multum, ferentē gladium, vti equiti conuenit, impediret; propterea ipsemet Abbas, habitum laicorum, seu Conuersorum, quē planetam vocamus detulit, quam cum ipse magnus Dux inspiceret hilari vultu eam amplectens, ait. Equidem hac vtar. Quæ quidem planeta exutraque parte aperta est, & maxime ad inferendā manum armis in hostes apta videtur. Habitus hic adeò Cosmo Medices Hethruriæ magno Duci placuit, vt in posterum omnes (qui huiuscemodi religionem profiteri vellent) eum accipere iussit. Quæ religio diligentia, ac Serenissimæ Mediceæ Familiæ prudentia, ita nobilitate opibus, armorumque virtute præcellit, vt omnibus summæ videatur esse admirationi.



REGORIVS huius Nominis viiij, Hugolinus antea vocatus, Natione Campanus, patria Anagninus, ex Nobili, & antiqua familia Comitum; Innocentij Papæ iij Nepos, à quo Capellanus primo suus, mox Diaconus Cardinalis Tit. Sancti Eustachij, ac demum Episcopus Càrdinalis Ostiensis, & Veliternus factus est. Hic Mortuo Honorio Papa iiij. cũ in quadam Cella sacræ Eremi Camaldulensis (quæ vsq; in hodiernum, Papæ nomen retinet) ieiunijs, & orationibus uacãs reclusus detineretur. Rome propè septizoniũ in Diaconia sanctæ Luciæ, omnium Cardinalium uotis, altero ab Honorij morte die, uidelicet tertio decimo Calendas Aprilis anno 1227. die sabbati, in summum Ecclesiæ Pastorem, ut ei a Beato Leonardo Eremita sacræ Eremi Camald. prædictum fuerat absens electus ad S. Petrum. Quinto Kalendas Aprilis, die Sancti Paschatis consecrationis, & Coronationis insignia suscæpit. Inter multa quæ ad Dei laudẽ, et Ecclesiæ decorẽ sanctè, & laudabiliter perfecit decretaliũ libros. 5 compilauit. Franciscum, Dominicum, Antonium Patauinnm, Elisabeth Hũgariæ Regis filiam, inter sanctos retulit, obijt Romæ an. Domini 1241. die xi Augusti, Pontificatus sui an. xiiij mense 4. die 3. Ordinationibus quatuor mensibus Septẽbri & Decẽbri celebratis Cardinales Vndecim, Episcopos sex, Presbyteros tres, & Diaconos,

tres

tres creauit, & sepultus est, in Basilica Sancti Petri. Vacauit eo mortuo sedes Romana, menses duos, & diem vnum. teste Domno Arnoldo in ligno vitæ par. 1. lib. 1. cap. xxij. & Domno Augustino in Histor. Camaldolense par. 1. lib. 2. cap. 32. 33. & 34.

CARDINALES.

S. PETRUS Damianus Episcopus Cardinalis Ostiensis, creatus á Stephano Papa x. dicto viiij. an. 1058. mense Martio sabbato quatuor temporum Quadragesimæ. obijt Fauentiæ in Cœnobio Sanctæ Mariæ, anno domini 1080. die xxij. Februarij. vide in Beatis.

B. Vgolinus Natione Campanus S. R. E. Cardinalis vide vt supra, in summis Pontificibus.

Angelus de Anna Neapolitanus, Episcopus Summæ ripæ, & electus Laudensis, creatus Diaconus Cardinalis Tit. Sanctæ Luciæ in Septisolio, ab Vrbano Papa vi. in quarta creatione anno 1395. septimo idus Ianuarij, à Bonifacio Papa viiij. factus Presbyter Cardinalis Sanctæ Pudentianæ Tit. Pastoris, & à Ioanne Papa xxiij. Episcopus Cardinalis Prænestinus, & Decanus Collegij. obit Romæ mense Iulij anno domini 1428. Neapolim translatus, in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Porta noua, sepultus est. vt Domnus August. in Hist. cam. par. 2. li. 4. cap. 4 ad cuius sepulchrum sequens Epitaphium legitur.

Car-

Cardinalis de Anna V. laudensis
Hoc iacet in tumulo sacri de Cardine cœtus
Laudensis dictus, senio pater optimus isti
Anna fuit generosa domus, sed amabile nomen
Angelus, angelicam pia mens reuolauit in aulam
Milleno quadriceno, bis denis, octauoque iunctis
Currebat Christi mensis quoque Iulius anni.

Maphæus Gerardus Venetus, Abbas sancti Michaelis de Muriano, & venetiarum Patriarcha 6. Presbyter Cardinalis Tit. ss. Nerei, & Archillei, creatus ab Innocentio viij. in prima creatione, anno 1489. pridie idus Martij Romæ. obijt Narniæ rediens ex vrbe Venetiarum, post comitia Alexandrina anno 1492. Pontificatus Alessandri Papæ vi. anno primo. Cadauer Venetias portatum in Ecclesia Patriarchali sancti Petri de Castello sepultus est cum hoc Epitaphio. vt Domnus August. in Hist. camald. part 2. lib. 3. cap. 4.

Maphæus Gerardus Patriarcha Venetiarum, & Dalmatiæ primas S. R. E. Cardinalis, locus Carnis propriæ terra est.

Petrus Quirinus Venetus Eremita sacræ Eremi camaldulensis à Leone Papa x. Romæ Cardinalis designatus, sed nondum insignitus, quia mors interfuit. obijt anno 1514. & sepultus est in sacra Eremo Camaldulensi,

vt Do

Vt Domnus Lucas Hyspanus in Hist. Romualdina lib 2. cap. viiij.

MONACHI, QVI DIGNITATEM Cardinalitiam recusarunt.

HIERONYMUS Suessanus Eremita Montis Coronæ, qui Cardinalatum recusauit. Vt Domnus Lucas Hyspanus, in Hist. Romualdina lib. 4. cap. 5. sic ait, Paulus Papa Quartus, eius cõterraneus, & á pueritia amicissimus, an. primo promotionis suæ, Hieronymum ad se accersiri iussit. Venit Romam vir obedientissimus, ac læto vultu à Pontifice suscipitur, eumque osculo pedum præmisso, sic alloquitur Papa. Quale tegumentum istud Hieronyme (erat enim vilissimis, & asperis tunica, & pallio indutus) seu quæ austeritas ista? Nimis durè tecum agis; dimittas ea oportet. Cui senex. His indutus santissime Pater, expeditius inter quercus, & arbusta incedo, nec alio (ni fallor) habitu penitentiam agentem indutum esse decet. Nam qui mollibus vestiuntur, non in deserto, sed in domibus Regnum sunt. Nec tu (inquit Pontifex) ampliùs in deserto eris, sed manebis hìc nobiscum; nec de cætero Eremitam te, sed Cardinalem volumus. Quo audito, statim cecidit pronus in terram senex: multis etiam lachrymis profusus, cùm diu in refutando dignitatem oblatam persisteret, vix tandem breue tempus ad deliberandum obtinuit. Quo finito, ad

Pontificis pedes reuolutus, humiliter petijt ad suum Eremitorium remitti, affirmans nullam dignitatem sibi chariorem esse, quam veræ pœnitentiæ santissimum statum; neque alicubi delitias sibi futuras extra solitudinem. Ex his cùm intellexisset Pontifex piam, ac sinceram viri Dei voluntatem, noluit eum cogendo contristare; sed totam rem in ipsius arbitrium contulit.

PATRIARCHAE.

MApheus Gerardus, Venetiarum Patriarcha sextus, & S.R.E. Cardinalis, vide supra.

ARCHIEPISCOPI.



Ntonius Piccolhomineus, Senensis, primus Senarum Archiepiscopus. creatus à Pio Papa Secundo, vt Domnus Augustinus in Hist. camald. par. 2. libro 3. cap. 20.

Gregorius Discipulus sancti Romualdi, primus Abbas Cœnobij Vallis Castri, & Archiepiscopus, in certa sede. Vt Domnus Augustinus in Hist. camald. par. 2. lib. 1. cap. 19. & Petrus Damianus in vita Sancti Romualdi cap. 29.

Ingelbertus discipulus Sancti Romualdi Archiepiscopus in certa sede. Vt domnus Augustinus in Hist. Camald. par. 2. lib. 1. cap. 16. & Petrus Damianus in vi-

ta sancti Romualdi cap. 39.

Petrus Abbas sancti Michaelis Pisarum, & Archiepiscopus eiusdem Ciuitatis, floruit circa anum 1070, vt domnus Augustinus in Hist, Camald. lib. 2. cap. 9. par. 2.

Bonifacius Martyr discipulus sancti Romualdi, & Archiepiscopus Bosnensis vide supra in sanctis.

Ambrosius Moncata Hyspanus, Eremita Camaldulensis Archiepiscopus Vrgellensis, Creatus à Gregorio Papa xiij. vide supra in Comitibus.

E P I S C O P I.

S. *PETRVS Damianus Episcopus Ostiensis, vide in Cardinalibus,*

B. *Hugolinus, Episcopus Ostiensis & Veliternus, vide supra in summis Pontificibus.*

Aimerius Abbas Classensis, & Episcopus Populiensis, Creatus anno 1262. Domnus Augustinus in Hist. Camald. par. 2. lib. 2. cap. xx.

Angelus de Anna Neapolitanus, Episcopus summæ Ripæ, vide in Cardinalibus.

Antonius de Monte Monachus Monasterij Angelorum de Florentia, Episcopus Ciuitatensis. obijt an. Domini 1545. die 2. decembris, vt domnus Augustinus in Hist. Camald. pa. 2. lib. 5. cap. 2,

E 2 *Anto-*

Antonius Simonis Monsabinas, Monachus sanctæ Mariæ Angelorum de Florentia, Primus Episcopus Minoris, in Regno Neapolitano, deinde Episcopus Sutrij, & Nepij. Obijt anno 1557. septimo die septembris in maiori Basilica conditus. vt domnus Augustinus in Hist. Camald. par 2. lib. 5. cap. 2.

Antonius Parmensis, Abbas Vangadiciæ, & Episcopus Ferrariensis, floruit anno 1430. vt domnus Augustinus in Hist Camald, par. 1 lib. 2. cap. 64.

Quidam discipulus sancti Romualdi, Episcopus Nucerinus, in Regno Neapolitano, sed simoniacè Electus fuit, anno 1030.

Eusebius Priolus Venetus, Monachus sancti Michælis de Muriano, Episcopus Vegiensis, veneno obijt anno 1530. Vt Domnus Augustinus in Hist. Camald. lib. 4. cap. xxvij par. 2.

Galeotus Gratiani. Primus Burgi sancti sepulchri Episcopus, Vt Domnus Augustinus in Hist. Camal. par. 1. lib. 1. cap. lxviij.

Quidam Episcopus Signiensis, qui floruit an. 1431. ex relatione itinerarij, B. Ambrosi Generalis.

B. Hieronymus Pragẽsis Eremita sacræ Eremi. Accepta facultate concionandi, cum Episcopali potestate, lituanos ad fidem reduxit, obijt venetijs an 1440; fuit in Concilio Basilensi, scripsit multa opera, vide supra in Beatis.

Theophilus Martini Balnensis, Episcopus Driuastensis, in Creta, floruit anno Domini 1500. Vt domn.

Augustinus

Augustinus in Hist. Camald. par. 2. lib. 4. cap. xxxi.

Paschalis Venetus Monachus sanctae Mariae Carcerum iuxta Patauium, Episcopus Arbiensis à Sixto Papa V. Creatus ad huc viuit.

Ioannes Ludouicus Fauentinus, Episcopus signiēsis creatus à Paulo Papa v. anno domni 1606. ad hunc viuit.

R E G E S



ASIMIRIVS Poloniae Rex discipulus sancti Romualdi per cuius manus habitum accæpit. vt Petrus damianus in uita sancti Romualdi cap. xxvi. qui sic ait Habebat autē s. Romualdus equū satis egregiū, quem sibi Busclaui scauonici Regis filius (corrupto vocabulo Busclaui scauonici sed recte legitur Boleslai Poloniae Regis filius) factus ab eo Monachus dederat. Hunc vir sāctus humilitatis studio permutauit, & lucroso eum cambio. asinum negociator laudabalis accepit. Et Matthias de michouia in Historia Polonica tomo secundo lib. secundo cap. xiij. Casimirius delegit tandem Matre consentiente monachari, & accedens personaliter ad Romualdū, vitae sanctitate pollētem in Italiam, donato ei pulchro caballo, exposuit, quis esset, poscens ab eodem susceptionem, & professionem regularem, quo annuente, rediit in Cluniacum, vbi

professus

professus, ad gradum Diaconatus peruenit, & mutato nomine Carolus vocatus. A Polonis iam factis pœnitentibus de exclusione facta; post Patris sui obitum, propter Matris Rixam, dispensatione Benedicti Papæ noni, reuocatus, & Rex Poloniæ tertius factus, tanta Iustitia, & Clementia populum sibi commissum per decem, & octo annorum spatium rexit, vt Moriens Quarto Kaledas decembris anno 1058. conspectu meruit Diuino beari.

DVCES VENETVM.

B. PEtrus Vrseolus Dux Venetùm, discipulus S. Romualdi. vide supra in Beatis

C O M I T E S

B. GVIDO Comes, Ferorlfi Comitis filius. Vide supra in Beatis.

Olibanus magnus Comes, in Galliarum Partibus. Fortasse autẽ inuanũ cucurrisse putabor, me Olibanũ magnum comitem in Monasticæ religionis Arbore, inseruisse; cũ ipse à Sãctissimo Patre nostro Romualdo Monastichum habitum acceperit. teste sancto Petro damiano in Vita sancti Romualdi c. xi qui sic ait. Hic aliquãdo Olibanus Romualdum gratia visitationis adijt, & cæteris extra cellulam manentibus solus cum solo gestorum suorũ

serie n

seriem narrare, quasi per confessionem cepit. Cui vir venerabilis Romualdus his quæ ab eo referebantur auditis, respondit; aliter eum non posse saluari nisi mundum relinquens ad monasterium conuolaret. Comes autem mox mēte turbatus ait. Quia videlicet sui spirituales viri, qui eius acta cognoscerent, nequaquam ita sentirent; neque tam intollerabilem rem sibi aliquando suaderent. Ascitis itaque Episcopis, & Abbatibus qui secum venerant, cæpit in comune, si ita res se haberet sicut seruus dei testabatur quærere. Illi autem sancti Romualdi sententiam, vna voce confirmant.

Ambrosius moncata, præclaræ indolis iuuenis, Clarissimi Comitis Aitonæ, citerioris Hyspaniæ, frater Germanus, qui ex vetustissima, & illustrissima, & moncatæ, & Cardonæ Ducum familia originem trahens. spretis mundi huius diuitijs, eiusque illecebris, vt diuinis obsequijs melius vacare posset, summo omnium exemplo, in eius ætatis flore, sacræ Eremi Camaldulensis solitudinis locum in suam habitationem, ac requiem elegit à Gregorio xiij. Archiepiscopus vrgellensis. Creatus vide supra in Archiepiscopis.



PRIORES PERPETVI SACRAE EREMI Tantum.



S. ATER Romualdus.
B. Petrus Dagninus, Primus Prior à S. P. Romualdo costitutus. vide in Beatis.

B. Albizus
B. Rusticus — Vide supra in Beatis.
S. Rodulphus.

Martinus Prior Quintus, Creatus anno 1106. præfuit annis 19. abdicauit annoque 1124. obijt anno 1125.

B. Guido Prior sextus, creatus anno 1125.

PRIORES GENERALES.
perpetui totius Ordinis.

B. GVuido, ex Priore Sexto sacræ Eremi, totius Ordinis Generalis Prior, creatus est à Paschali Papa ij. vt supra in Beatis.

Ioannes

Ioannes Generalis secundus, Prior autem vij. Creatus anno 1115. præfuit annis xvi. obijt anno 1131.

Azo Generalis tertius, Prior viij. creatus ãno 1131 præfuit annis xxij obijt. anno 1153. decimooctauo Kalendas octobris.

Rusticus secundus, Generalis quartus, electus, sed post aliquot menses recusauit. obiit anno 1153.

Rodulphus secundus, Generalis quintus, creatus anno 1153. præfuit annis vi. obijt anno 1159.

Gregorius Generalis vi, creatus anno 1159. præfuit annis xiij. obijt anno 1172. Idibus setpembris.

Hildebrandus Generalis vij. creatus anno 1172. præfuit annis viij, obijt anno 1181. decimo Kalendas decembris.

Placidus Generalis viij. creatus anno 1181. præfuit annis xviij. obijt anno 1199.

Martinus secundus, Generalis viiij. Creatus anno 1199. præfuit annis vi. obijt anno 1205. die xxv. Martij, & sepultus est in Monasterio sancti Zenonis de Pisis. Sub eodem, iussu Innocentij tertij Papæ facta est Ordinis generalis reformatio. & inter cætera statutum est, vt vnus ex Eremitis in sacra Eremo præficiatur, Maior nucupatus, qui cum sacrista in capitulis ordinis semper suffragium ferat.

Gerardus generalis x. creatus anno 1205. præfuit annis 2. obijt anno 1207. idibus Augusti

Guido secundus, Generalis xi; creatus anno 1297

 prefuit

præfuit annis 31. obijt anno domini 1248.

B. Martinus tertius, generalis xij. vide supra in Beatis

Massarius generalis xiij. creatus anno 1259. pre fuit annis 4. obijt anno 1263. Idibus Aprilis

Angelus generalis xiiij. creatus anno 1263. psæfuit annis v. obijt anno 1268. nonis Nouembris.

Ioannes secundus, generalis xv. creatus anno 1268 præfuit annis 2. obijt anno 1270. mense Octobris,

Bonifacius generalis xvi. creatus anno 1270, pau lo post creationem suam obijt.

Bartholomeus generalis xvij. creatus anno 1270. præfuit mensis 2. obijt eodem anno xviij. Calendas Ianuarij.

Iacobus generalis xviij. creatus anno 1270. præfuit annis ferè 2. obijt anno 1272. xi. Calendas Augusti.

Bonus Senensis, generalis xix. creatus anno 1272 præfuit annis 2. obijt anno 1274. in Concilio Lugdunensi.

Gherardus Secundus, generalis xx. creatus anno 1274. præfuit annis xvij. sub quo anno 1279. liber quartus Costitutionum ordinis compositus fuit, obijt anno 1291. idibus Aprilis.

Fridianus generalis xxi. creatus anno 1291. præfuit annis vi. obijt anno 1297.

Dauid Monachus Ordinis Cisterciensis, generalis 22. creatus an. 1297. Paulo post semotus à generalatu

Ansel-

Anselmus generalis xxiij. creatus anno 1299. die 6. post creationem suam defunctus est.

Gherardus tertius generalis xxiiij. creatus anno 1299. præfuit annis 8. obijt anno 1307. Kalendas Augusti.

Nicolaus de Soci, ex Priore maiori Eremi, generalis xxv. creatus anno 1307. die xij. Settembris præfuit mensis 8. obijt anno 1308. nonis Maij.

Accursius Castilioneus Arretinus, ex Abbate ss. Iusti, & Clementis Volaterrarum, generalis xxvi. creatus anno 1308. præfuit annis 7. obijt anno 1315. pridie Calendas Iulij.

Bonauentura Prior Sancti Damiani de Bononia, generalis xxvij. creatus anno 1315. præfuit annis 33. qui anno 1332. fecit quintium librum Costitutionum. obijt anno 1348.

Ioannes tertius, ex oppido Burgi sancti sepulchrij, Abbas sancti Michaelis Pisarum, generalis 28. creatus anno 1348. præfuit annis 39. obijt anno 1387. die tertia Iannuarij ætatis suæ an. 98.

Hieronymus Lapius Vzanensis Florentinus I.V.D. Abbas Sanctæ Mariæ Angelorum Florentiæ, generalis 29. creatus anno 1387. præfuit annis 4. obiit anno 1391. die 23. Nouembris.

Andreas Fauentinus I.V.D. ex Priore Bononiensi, generalis 30. creatus anno 1391. præfuit annis 16. obiit anno 1408. die xii. Calendas Maii, apud fontē bonum, sepultus in Capitulo Eremi.

Raphael Boncianus Florentinus, Monachus Sanctæ Mariæ Angelorum de Florentia à summo Pontifice designatus, recusauit, & in eius locum factus est;

Honorius, Abbas S. Saluatoris Florentiæ, generalis xxxi. creatus anno 1408. præfuit annis 2. obijt anno 1410. secundo nonas Octobris & sepultus est in sacra Eremo.

Antonius Parmensis, Abbas Vangadiciæ, generalis xxxii. creatus anno 1410. præfuit annis 9. & cessit officio, iussu Martini Papæ V. anno 1419. sed postea factus est Ferrariæ Episcopus, scripsit nonnulla opuscula scilicet.

Sermones de tempore lib. i.
Sermones de Sanctis lib. i.
Sermones Quadragesimales lib. i.
Quædam etiam alia ad directionem prædicatorũ, quæ vbi sint nescio, interfuit Cõcilio Cõstãtiẽsi.

Raphael Boncianus Florentinus, Prior s. Benedicti extra Florentiam, generalis xxxiij. creatus anno 1419. præfuit annis 3. obijt anno 1422. die 16. Calendas Nouẽb. sepultus est Rauenæ in s. Apollinare

Benedictus de Forliuio, Abbas ss. Iusti, & Clementis de Volaterris generalis xxxiiij. creatus anno 1422. præfuit annis viiij. Hic in generali capitulo Britinori celebrato; cui de mandato Pontificis præerat D. Ioannes Cardinalis s. Petri ad Vincula protector ordinis; vt voto suo satisfaceret, sponte cessit officio anno 1431. die 26. Octobris.

B. Am-

B. Ambrosius Monachus sanctæ Mariæ Angelorum de Florentia; Dum contra consuetudinem dicti Monasterij (ex ire enim ex eo Monachis non licebat) de mandato Pontificis ad prædictum Capitulũ profectus esset, eadem die videlicet xxvi. Octobris electus est. Hic in Concilio Florentino inter Græcos, & latinos, interpres, doctrina, & eloquentia apud omnes magno habitus est in pretio; multa scripsit vide supra in Beatis, erat à porticu oppido Flaminiæ. Generalis xxxv. creatus anno 1431. præfuit annis 8. obijt in Eremo vbi sepultus est anno 1439.

Gomentius Lusitanus Abbas sanctæ Mariæ de Florentia Ordinis Cassinensis; Iussu Eugenij Pape 4. generalis xxxvi. creatus est anno 1439. præfuit annis 2. sponte cessit officio anno 1441.

Franciscus Prior sancti Benedicti prope Florentiam. generalis 37. creatus anno 1441. Pridie Calendas Nouembris, præfuit annis xiij. obijt anno 1454. vij. idus Septembris, & sepultus est in sacra Eremo.

Marioctus Arretinus Petri filius ex Allegria familia, generalis 38, creatus anno 1454, præfuit annis 24. obijt anno 1478, sepultus est in Edicula sacelli sacræ Eremi.

Hyeronimus secundus Grifonius Florentinus, Abbas sancti Ioannis de Burgo, generalis 39. electus anno 1478, pridie Calend. Nouembris; & sepultus est in sancta Maria de Minerua in Vrbe.

Petrus

Pætrus Delphinus Venetus, Victoris, & Luciæ superantiæ filius, ex Abbate sancti Michaelis de Muriano, generalis perpetuus vltimus, creatus anno 1480. præfuit annis 45. Hic anno 1513. abdicauit, reseruata sibi pensione dum viueret 300. aureorum, cum titulo generalatus, cui suffectus est. Domnus Benedictus à Mandello sub nomine Vicarii Generalis Congregationis, obijt tandem Generalis Delphinus Venetijs anno 1525. Calendas Februarij, ætatis suæ 81. sepultus est in Ecclesia Sancti Michaelis de Muriano, sub quo, iussu Leonis Papæ X. facta est ordinis generalis reformatio.

GENERALES ANNVI totius Ordinis.



PAVLVS Laudensis, Primus Generalis annus, professus sancti Michaelis de Muriano, creatus anno 1525 & confirmatus per triennium.

Bernardus Pistoriensis, professus sanctæ Mariæ Angelorum de Florentia, creatus anno 1529.

Parisius Patauinus, professus sanctæ Matthiæ, creatus anno 1533.

Mansuetus Bergomas, professus Sanctæ Matthiæ, creatus anno 1537.

Ioanne

Ioannes Baptiſta Patauinus, profeſſus sancti Matthiæ, creatus anno 1542.

Clemens Romanus Eremita, creatus anno 1546.

Laurentius Orafus Florentinus, profeſſus Sanctæ Mariæ Angelorum de Florentia, creatus anno 1550.

Samuel Florentinus, profeſſus Sancti Benedicti prope Florentiam creatus anno 1552.

Antonius Piſanus Eremita, creatus anno 1553.

Hipolytus Nouarienſis, profeſſus Sancti Michaelis de Muriano, creatus anno 1556.

Antonius Piſanus Eremita ſecunda vice, creatus anno 1558.

Theophilus Balnenſis, profeſſus Sancti Matthiæ, creatus anno 1561.

Egidius Stupanus, profeſſus Sanctæ Mariæ Carcerum, creatus anno 1565.

Ioannes Baptiſta Nouarienſis Eremita, creatus anno 1568.

Romualdus Veroneſis, profeſsus Sancti Michaelis de Muriano, creatus anno 1572.

Petrus Bagnolus Balneocabalenſis, profeſſus Claſſenſis, creatus anno 1575.

Antonius Piſanus Eremita tertia vice creatus anno 1578.

Bartholomeus Balneocabalenſis, profeſſus Sanctæ Mariæ Angelorum, creatus anno 1851.

Cherubinus de Leandinaria, profeſſus Sancti Michaelis de Muriano, creatus anno 1581.

Ste-

Stephanus de Saxolo Eremita, creatus an. 1583.

Filippus Fantonius Florentinus, Philosophus, & Mathematicus, & eiusdem disciplinæ in publico Pisarũ Gynasio professor, scripsit de modo reducendi annum ad suum legitimum numerum lib. i. Professus S. Mariæ Angelorum de Florentia, creatus an. 1586.

Petrus Balneocabalensi, professus Clusis, creatus anno 1589.

Antonius Pisanus Eremita, creatus an. 1592 quarta vice, sed paulo post creationem suam abdicauit.

Simeon Perusinus, Eremita, creatus anno 1592.

Gratia de Ilua, professus Angelorum Florentiæ, creatus anno 1595.

Gherardus Veronensis, professus sancti Michaelis de Muriano, creatus anno 1597.

Paulus ab Abbatia Eremita, creatus anno 1600.

Ioannes Ludouicus Fauentinus, creatus anno 1602.

Augustinus de Balneo, professus sancti Matthiæ, creatus anno 1605.



IN SVIS LOCIS PRAETERMISSA



EPISCOPI.



VIDO Monachus Camaldulensis, Episcopus Arretinus. Floruit anno Domini 1116, vt Domnus Augustinus Florentinus in Historia Camaldulensi par. 1. lib. 2. cap. v.

Lucas Niccolai de Carduccis Florentinus, Prior Sanctae Mariae Angelorum de Florentia, deinde Abbas Sancti Sabini Pisarum, postremo ex Abbate Sancti Sabini, Episcopus Auximanus assumptus, & Auximi defunctus est an. 1480, vt Domnus Augustinus in Historia Camaldulensi par. 2. libro 4. capitulo vii. & in medio maioris Basilicae honorificé

conditus, cum his paucis, simplicibusque verbis in Sepulcro.

LVCAS CARDVCCIVS EPISCOPVS AVXIMANVS M. CCCCLXXX.

COMITES,




Vdouicus filius Rainerij, Comes de Porciano in Casentino Monachus Sanctæ Mariæ Angelorũ de Florentia; Vbi suam fecit professionem sub die 25. Iulii anno Domini 1443, per manus Domini Lucæ Nicolai de Carduccis Florentini Prioris; qui postea fuit Episcopus Auximensis, & ordinatus fuit ad omnes sacros Ordines, à Sancto Antonino Archiepiscopo Florentino. obijt autem in Monasterio Sanctæ Marie in Balneo, vbi sepultus est, fuit vir Bonus, & Deuotus nimis vt in Monasterio Sanctæ Mariæ Angelorum de Florentia videre est, in quodam Codice membranæ chartæ.

AD

AD LECTOREM AVCTOR.



IN hoc; Candide Lector ; meo breui Catalogo, Sanctos simul omnes componere (vt id mihi faciendi animus erat) nequaquam potuisse non ignoro; Sanctorum autem; Beatorumque Patrum, nostrorum, qui certè vt memoria eorum, in longum difunderetur æuum; digni erant, quorum nomen, varietate temporis, siue quod tunc imprimendi nondum etiam mos erat, sublatum est, magnum, ac ferè infinitum, eorum numerum esse, procomperto habeas velim. Quare excusationem, si quid in hoc mearum vigiliarum labore, ommissum inspexeris, á te peto, Deoque maximo, ac omnipotenti, preces, quam plurimas pro me effundere velis.



SACRA EREMVS
CAMALDVLI.

SACRAE EREMI CAMALDVLENSI DESCRIPTIO.



N Vertice Apennini est Mons, qui in Hetruriæ finibus prominēs, ipsam à Flaminia distermınat, et vtrunque respicit Mare, Tyrreneum scilicet, & Adriaticum, ab Vrbe Florentia triginta passuum millibus distans, qui prægrandis est, & valde saxossus, & præ eius asperitate ascensu difficilis, qui in vallem per prærupta prominet, vbi positum olim Fontis boni hospitium in nobilissimum Camalduli Cœnobiū cōuersum est, vnde omnia necessaria Eremitis in dies singulos transmittuntur. Is mons sub oscurum, odoratumque valdè Abietum in Cælum tēdentium nemus alit: quod nemus, sicuti ex Abietum semper frondiferarum natura viret, ita in media Sylua opacum locum, pulcherrimumque recessum quasi in circo facit, qui dulcibus, ac lucidissimis septem scaturientium Fontium aquis est irriguus, & speciosissima vernantium Abietum Corona circum latè decorus. Ad hunc recessum ab ipso Cænobio Camalduli accliuis anhelusque ascensus vnius miliarij, & vltrà interest: vnde densissima frequentissimarum Abietum multitudo cōsito nemore sese oculis offert, & exinde, superato

iugo, Sacræ Eremi ambitus tali quidem certè proprietate; vt quisque mortalium se ex improuiso magna cordis compunctione commoueri persentiat; locus enim ipse pio, ac diuino quodam situ animas ad beatius viuendum, & ad relinquendum mūdi sordes incredibili modo excitat; non secus, ac si diuina vox in auribus iter habentis personet locus iste sanctus est, finem peccandi fac; vsque adeo Deus optimus max. per Visionem Scalæ S. P. Romualdo factam, locum sanctificauit; vsque adeo à sacra ab eo illic instituta familia vera Religio, vera pietas verusque saeratissimus Deo viuendi cultus excolitur; eiusque odor per vniuersam Camaldulensem Religionem diffunditur. Eremi ambitus in paulo decliui Area situs est. Is in longitudinem habet pedes cclx. vel circa, in latitudinem clx. Anteriorem introitus partem, murus non breui dimensionis tractu cum sacello, & ostiarij domicilio claudit. Reliquus circulus ponè Abietes sepe ex secto ligno circumcirca obseritur.

Ad ingressum Eremi adest sacellum, ōpere lateritio constructum Diuo Antonio Anacoritarum lumini dicatum, in quo quotidie res sacra fit, penes quod situm est paruum pro rusticis hospitium, & paulo superius ianitoris Cella. E regione cuius duæ habentur mansiunculæ in vsus Commissi, vt vocant, & custodis syluæ. Ex aduerso autem ad dextram ingressus Eremi est alia cella pro operarijs nec non, & altera pro vno Conuerso, si opus sit, facta in atrio videlicet diuisione

ex pa-

ex pariete, per cuius mediam portam, vbi in Aream ingressus fueris Eremi, offert se tibi in aperto campo à dextris, Orientem versus, venerabilis valde Basilica oblongæ figuræ mirà quadam pietatis arte ex viuo lapide, & calce fabrefacta, sectaque Abiete interius magna ex parte incrustata. Eius longitudo ad vlnas xxxvij: protenditur; latitudo ad vlnas xiij. altitudo ad vlnas x. vel circa. Non enim est ampla aut splendida nimium, sed quæ incredibili modo sanctitatem redoleat, & spiritualis vitæ splendorẽ. Aliquantisper circa dimidium parietis secta est; in cuius vtraque parte duæ astant Aræ ad rem sacram faciẽdam, cum tamen locus pro Choro (vt appellant) Conuersorum sit distinctus. Post eam sectionem succedunt sedes ligneæ hinc inde circum positæ vsque ad gradus maioris Altaris, quod in capite residet omni omnino venusto, pioque aspectu conspicuum. In eis porrò sedibus clerici Eremitæ die noctuque summissis porrectioribusque vocibus Throno Sanctissimæ Trinitatis, dulcia cantica alternatim frequentates chorum efficiunt. Ianua Basilicæ non est magna, sed potius angusta, vt se se colligat homo dum sacrũ Delubrum ingreditur, & peccata dimittat, quoniam verè sanctus locus est, & Deus habitat in illo. Post Ianuam occurrunt duo vestibula vtrinque posita, in quibus Eremitæ pluuia madefacti, vel alioqui hyeme calcatis niuibus, vel ob rigiditatem aeris omni ferè tempore a suo Domicilio die nocteque sub dio semper venientes calopedia

lopodia, facu las & indumenta, quibus propterea vtuntur, dimittunt priusquam in Ecclesiam Dei introgrediantur. Ianuæ item supereminet Horologium loco valdè consonum, & Campana, quæ ad omnes canonicas (vt aiunt) horas omnem Eremi familiam die, ac nocte conuocat. De qua illud silentio minimè prætereundum est; quòd eius scilicet sonitus tantùm horroris homini in ea solitudine incutit dum pulsatur, vt non humano opere, sed omnino diuino videatur esse conflata. Vsque adeò vt omnis familia, etiam si ventis, vel tonitruis, aut tempestatibus, aut nimbis cælum ferueat, ad diuina munera obeunda nō secus excitetur, & venire impellatur, ac si cælestis tubæ horribile præconium in Eremo audiatur. Surgite mortui, & venite ad Iudicium. In capite Basilicæ ad gradus maioris Altaris a dextero latere est Sacrarium cum sua Ara omni sacra suppellectile tam ad vsum sacrificiorum; quam templi, ac singulorum Altarium quam ditissime refertum. Cui est coniunctus locus, vbi Sacerdotes manus lauant rem diuinam facturi, & simul ministri, & pari modo focus, qui nutrit perpetuum ignem ad algorem, & frigus, si opus sit depellendum. Superius verò positum est Aeditui, quē Sacristam vocitamus, Domicilium, vnà cum Archiuio scripturarum in omnibus probè accomodatum, sicut supra vestibula est Campanarij cella. A leuo Basilicæ latere est Capitulum, vbi sepeliuntur etiam mortui Fratres de fossa humo sub sectis

abiegnis

abiegnis tabulis vnà cum duobus breuissimis sacellis ad sacra litandum hinc inde ad ingressum institutis.

E regione Basilicæ à sinistro Eremi latere ad occidentalem plagam propius sæpimentum in prima sacri loci regione est Cella Santissimi P. N. Romualdi, quam ille ædificata Eremo primitus incoluit post quã sequuntur Sancti Francisci (vbi degit maior Eremitarum Pater) omnium Sanctorum, S. Leonardi, S. Iacobi, S. Ioannis Euangelistæ, & Domini Papæ cellæ, & in vna quaque earum hæc tria sunt scilicet Oratorium, Viridiarium, & fons. E regione quarum longa interiecta strata via Cellæ Sancti Ioannis Baptistæ, S. Petri, S. Pauli, & Sanctæ Crucis ordine positæ, & inter se non modicum distantes pulcherrimum visu omnino spectaculum faciunt. Inclinantibus his magis ad extremam ambitus partem cõsequitur quasi in ipso centro, & secundus Vicus, vbi cernuntur Cellæ Sancti Martini, S. Andreæ, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & Sanctæ Catherinæ. Et post eas in tertia eminentiori parte supra Templum Cellæ S. Angeli, S. Hieronymi, S. Benedicti, S. Bartholomæi, & sanctæ Mariæ de Oreto à Cardinale Vrbinate extructa minus seriatim positæ, quæ residuum ambitus vnà simul cum Hospitio, Coquina, Cœnaculo, Cella Vinaria, Coquiue, ac dispensatoris Domicilijs magis ad meridiem spectantibus, complent, Cellæ vno eodemque artificio ferè consistunt, atque dimensione, viuoque lapide sunt extructæ; sed omni sua ex parte abiegnis se-

ctis tabulis interius incrustatæ. Ad quamlibet Cellarum post primum ingressum adest Hortus muro undique conclusus cum simplici porticu, unde in cellam ingressus est. Ianuæ Cellæ inest sala, ex qua à dextris Cubiculum aditur, ubi lectus sternitur Eremitarum paupertati congruens; tum focus Camino subiectus ubi ignis perpetuus vel etiam æstatis tempore ob cæli rigorem die noctuque ardet; tum studiolum à capite Cubilis; quæ omnia per fenestras, cartatas, ac vitreas ex Horto lumen habent. Adest item fenestrula in pariete per quam victus necessaria quotidie suppeditantur Eremitis. Post cubiculum succedit sacellum cum Ara multum piè pro explicandis Deo hymnis, & laudibus, & sacris celebrandis institutum. Ex altera parte lignorum penum coniunctum cernitur. A sinistris post primum, quem memorauimus, Cellæ ingressum est locus ubi aqua adbibendum assiduè defluens, lauandi quoque pannos beneficio est Eremitis. Omnia autem, quæ supra diximus, etiam in Cellis omnibus inueniuntur. Eia igitur lector vide quomodo locus iste à Deo præparatus est omnibus; qui ex toto corde quærit illum.

Locum hunc insignem vir Deo acceptissimus, Vgolinus Episcopus Ostiensis Cardinalis Velletrensis reddidit. Qui postmodum in summum Pontificem assumptus, & Gregorius Nonus appellatus; quam Dignitatem prædixerat sibi B. Leonardus Eremita dicti loci; Cum ei in sacrificio Missæ aliquando ministrasset:

straſſet; Cum mundum poſt terga reijcere ſtatuiſſet, & procul omni cura meditationi tantùm ætrnæ Patriæ incumbere, ad ſacram Eremum B. Franciſco comitatus feſtinus venit: vbi Cellam cum Sacello in capite Eremi, quæ ad hanc diem celeberrima viſitur, ſibi ſtatuit; atque Eremiticum conuictum, vitæque auſteritatem incredibili animi, ac corporis conſectari voluit conſtantia. Quam vitæ degendæ rationem, & ipſe quoque Beatus Franciſcus per ſex menſes, omnibus ſanctis operibus pollens, ad eius ſolatium inire non recuſauit. Quo tempore Cellam ſuam notiſsimam habitauit, quæ ad hanc diem ex eius nomine Cella Sancti Franciſci nuncupatur, & propter ſanctiſsimi viri memoriam à Priore, ſeu Maiore Patre ſacri loci incolitur. Poſt hæc verò gregis ſuæ Ouilia repetens, ad Aluerniæ montem profectus eſt, vbi ſtygmata vulnerum Corporis Domini Noſtri Ieſu Chriſti cælitus mirabiliter meruit accipere. Interea Vgolinus Cardinalis ſacrum fecit Altare Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, quod extra chorum Templi fundatum fuerat Kalendis Septembris. Dehinc anno M ccxx. Oratorium Cellæ ſuæ Deipare Mariæ ſemper Virgini ſacrauit xi. Calendas Septembris centumque dierum indulgentiam illud piè adeuntibus conceſsit. Poſtea cum AEdes ſacra Eremi, quam S. P. Romualdus crexerat, vetuſtate collapſa inſtaurata, & ampliata fuiſſet & pari modo Fontis Boni Baſilica, Vgolinus celeberrimo ritu Pontificali ornatu indutus vtramque ſacra-

uit. Templum sacræ Eremi in honorem Sancti Saluatoris, & B. Mariæ Virginis, nec non S. P. Romualdi. Et postera die Fontis Boni Delubrum Deo Opt. Max. & B. Martyribus Donato, & Hilariano, nec non Floræ, & Lucillæ. Quibus accessit consecratio Aræ B. Tomæ Apostoli extra Delubrum positæ. Quibus peractis inclusionem in ipsa sua cella maxima alacritate arripuit.

Præterea in hac sancta Eremo Multorum quiescunt Corpora, quorum animæ æterna fruuntur gloria; præcipue tamen aliquorum Corpora, distinctis sepulchris recondita, cum veneratione ibidem seruantur, qui multis miraculis corruscarunt.


Hoc mirabile dictu est, quod ex aliorum Eremitarum ossibus, in communibus Cryptis quiescentibus aperte conspicitur, haud silendum censeo; quòd scilicet nullo vnquam tempore, ossa ibidem inclusa, nudo, simplicique tecta tabulatu fœtorem nullum, quo cetera, vt plurimum infici solent, à se emittant; quinimo, si tabulam ipsam remoueas, suauem inde naribus senties prouenire odorem; quod quidem argumentum est potissimum, eorum socias nempe animas, gloriæ perpetua fragantia recreari, & minime pati, vt Corpora, quæ eas, dum in hac vita mortali simul coniuncti fuerunt, & ad innumera lucranda merita adiuuarunt, fætori, putredinique subiaceant, sed quæ tribulationum socia fuerunt, vt consolationum sint etiam participantia, æquum est. Quòd si hoc in ari-

dis ap-

dis apparet signum, quale fuisset in viridibus, iudicet quisque pius spiritus. Hæc verè sunt ea ossa arida, quæ verbum Dei audierunt, & custodierunt, hæc etiam in nouissimo die illud suaue audient verbum venite benedicti possidete regnum patris mei paratum vobis à costitutione mundi, quòd Deus faxit, vt omnibus nobis id eueniat.

Laus
rerum omnium Opifici Virginique Mariæ,

Sub fœlicissimis Ferdinandi Medices Hætruriæ Magni Ducis Auspicijs.



Ego D. Augustinus de Balneo Albas Generalis Ordinis Camaldulensis licentiam concedo D. Thomaso Minio Florentino Monaco prædicti Ordinis in Monasterio S.M. Angelorũ Florentiæ, quod possit imprimi facere infrascriptum Librum, cui Titulus est Catalogus Sanctorum Camaldulensium, seruatis seruandis, &c.

Concedimus licentiam imprimendi hunc Librum intitulatum Catalogus Sanctorum, & Beatorum totius Ordinis Camaldulensis, accedente consensu R. Patris Inquisitoris, die 5. Septembris. 1606.

Cosmus Antellensis Vicarius Generalis Flor.

Frater Lelius Placentinus Inquisitor.

Paulus Vinta Primus Auditor, & Secretarius Suæ Celsitudinis

Sub tuum preſidium



confugimus ſancta Dei genitrix

noſtras deprecationes

ne deſpicias in neceſsitatibus.

61 pp, 1c.

